Quelle: https://manuscripta.at/?ID=875
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

conscribere. Quod ut valeat hęc introductio. ut aliquid animi
lectoris pareat. breuiter explicabo. Aristoteles enim librum qui de
decem predicamentis inscribitur. hac intentione composuit. ut
infinitas rerum diuersitates quę sub scientiam cadere non possent.
paucitate generum comprehenderet. atq; ita quasi pro conprehen
sibilem multitudinem. sub disciplinam uenire non poterat. per ge
nerum ut dictum est paucitatem. animo fieret scientięq; sub
iectum. Decem igitur genera rerum ęstimantur omnium considerantur. uidelicet
unam substantiam. ⁊ accidentia nouem. quę sunt qualitas. quan
titas. relatio. ubi. quando. facere. pati. situs. habere: Quę quidem
genera ęstimantur suprema. quibus nullum aliud supponi genus possit.
omnem necesse est multitudinem rerum. horum decem generum
species inuenire. Quę quidem genera. a se omnibus differentiis
distributa sunt. nec quicquam uidentur habere comune. nisi
tantum nomen. quo omnia ęstimantur predicantur. Quippe substantia
est. qualitas est. quantitas est. ⁊ de omnibus aliis est uerbum com
munit predicatum. Sed non est eorum comunis una substantia. ut natu
ra. sed tantum nomen. Itaq; decem genera ab aristotele reperta. om
nibus a se differentiis distributa sunt. Sed quę aliquibus differen
tiis disiunguntur. necesse est ut habeant propium qui addat quod ita in
singularem solitariamq; formam constituat. Non est autem
idem proprium quod accidens. Accidentia enim ⁊ uenire ⁊ abire
possunt. propria uero insita. ut absque his quorum sunt propria ęstimantur non
possint. Quę cum ita sint. cumque aristoteles decem rerum gene
ra reperisset. quę ut intelligendo mens caperet. ut loquendo
disputatur efferret! Quicquid enim intellectu capimus. id ad al
terum sermone uulgamus. euenit ut ad horum decem predicamentorum
intelligentiam. harum quinque rerum uacuum incurreret.
scilicet generis species differentię. proprium atq; accidens. Generis
quidem. quo oportet ante predicere. quod sit genus in decem illa quę
aristoteles ceteris sue posuit rebus. possemus agnoscere genera esse.
Species uero cognito plurimum ualet. ut quę cui cumque generis sit
si species possit agnosci. Si enim quid sit species intelligimus. nichil im